



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 859. Usque Ad Annum 887

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117875**

§. 7. Hadriani II. Legati in Francia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66112](#)

Sæculum IX. de imaginibus, quas alii destruendas, alii  
A. C. 870. adorandas esse contendebant, tam bi quam  
illi a veritate aberrantes. Celebratum  
est Constantinopoli haud diu ante nostram  
ætatem sine Sacrae Sedis auctoritate, at  
que Acta Romam, postea etiam a Papa in  
Franciam transmissa. Hinc, Impero-  
tore Carolo Magno regnante, in Francia,  
jubente Papa, Concilium Generale habi-  
tum, in quo Concilium Græcorum rej-  
ctum, & ex Scriptura & Traditione re-  
futatum. Ex argumentis contra illud  
Concilium pugnantibus amplissimum vo-  
lumen conscriptum est, ab Imperatore  
per quosdam Episcopos Romanum missum,  
quod ego cum vix ex pueris excessissimum  
in Palatio legi. Satis liquet, hic sermo-  
nem esse Hincmaro de Libris Carolini,  
nec quidquam de illo Concilio nisi ex  
his libris ad ejus notitiam pervenisse.  
At vero obstupescendi locus est,  
istud Concilium anno 787. celebratum  
adhucdum anno 870. ab Episcopo, quo  
nullus in Francia doctior, vix aliquatenus cognitum fuisse.

## §. VII.

*Hadriani II. Legati in Francia.*

Ann. Fuld. 870. Legati Hadriani Papæ & Ludovicilme-  
870. peratoris primum se in Germaniam  
Sup. n. 1. contulerunt ad Regem Ludovicum eius  
patruum, qui advenientes Aquisgrani in  
con-

conspicuum admisit. A Papa missi ad Sæculum IX.  
 venerant Episcopi duo Cardinales Joan- A. C. 870.  
 nes & Petrus, atque alias Ecclesiæ Ro-  
 manæ Presbyter, ab Imperatore autem  
 Wibodus Episcopus & Bernardus Co-  
 mes. Hi nomine Papæ admonebant Lu-  
 dovicum Regem, ut Regnum Lotharii  
 non invaderet; sed peractum erat ne-  
 gotium, jamque illius regni partem pa-  
 ctis acquisitam possidebat. Itaque nul-  
 lam habens rationem eorum, quæ ipsi  
 dicerent, aut Papa scripsisset, eos mi-  
 nime moratus ad Regem Carolum di-  
 misit.

Legati Regem Carolum in Monaste-  
 rio S. Dionysii in Francia habuerunt, ubi  
 eos in Festo ipsius Sancti nona Octobris  
 inter Missæ solemnia excepit. Lectis  
 Papæ Epistolis ad se & ad Episcopos re-  
 gni sui datis, cum terribiles commina-  
 tiones, quibus regnum Lotharii adire  
 prohibebatur vidisset, haud parum of-  
 fensus est; id tamen Legatorum & quo-  
 rumdam procerum suorum precibus de-  
 dit, ut filium suum Carlomannum e  
 carcere Silvanectensi liberatum ad se vo-  
 caret. Tum Legatos in civitatem Re-  
 mensem præmissos ipse fecutus Conven-  
 tum Optimatum celebravit, quo soluto,  
 Romanos dimisit. Ipse postea duos Le-  
 gatos Ansegisilum Presbyterum & Abba-  
 tem ad S. Michaelem, atque Laicum

H h 3 quem-

Sæculum IX. dam nomine Lotharium Romanum missos  
A. C. 870. dona pretiosa, Altaris velamen ex vesti-  
bus Regiis auro intexto confectum, &  
duas coronas gemmis fulgentibus splen-  
didas deferre jussit.

## §. VIII.

*Hincmari Epistola vehemens.*

*Opus. 41.* *to. 2. p. 689.* **C**onjectura est, his Legatis Hincmarum  
Remensem amplissimam Epistolam,  
ad Papam scriptam, deferendam commis-  
sse, nempe responsum ad illam, quam  
Papa vigesima septima Junii ad ipsum de-  
derat. Dicit Hincmarus, se mandatis  
Pontificis obtemperasse, quantum po-  
tuisset, refertque libellum a se duobus  
Regibus & trium regnum Episcopis  
traditum, in quo reclamasset, postquam  
Reges Lotharii Regnum partiti fuissent.  
Hæc autem illius libelli summa: Ha-  
drianus Papa datis literis, quæ in ma-  
nibus meis sunt, omnibus & singulis ab-  
jecta comminatione anathematis prohi-  
bet, ne occupent Lotharii regnum, juve-  
bæreditatis ad Ludovicum Imperatorem  
devolutum; edicit, si Episcoporum ali-  
quis in hanc rapinam consentiat, eum non  
pro pastore se, sed pro mercenario habi-  
turum. Mibi sigillatum præcipit, ut  
Reges ceterosque ab eo consilio revocem.  
Attamen affertur mibi nuncium, pœna  
inter Reges, qui se bæredes existimants  
initia

*Sup. n. I.*